



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 37. Concilia in Hungaria.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](#)

Sæcul. XIV.  
A.C. 1309.

§. XXXVII.

*Concilia in Hungaria.*

Ejus nepos Carolus seu Charobertus interea firmabat sibi regnum per curas  
*Jo. de Thu-* Legati Cardinalis Gentilis: qui hoc fine  
*rocz. c.89.* Præfules, Proceresque Budam convo-  
*Rayn. n. 15.* caverat, eisque consentientibus ibi & Ma-  
 ji sanctionem edidit sequentem. Siquis  
 in personam Caroli Regis Hungaræ  
 vel violentas injicere manus, vel quo-  
 cunque modo peccare ausus fuerit, præ-  
 ter pœnas in legibus statutas omnibus,  
 quas ab Ecclesia tenet, prædiis, &  
 cunctis gratiis sacris profanisque ab ea-  
 dem acceptis perpetuo privatus erit:  
 clientes ejus omnes juramento fidelita-  
 tis exsoluti; ejusque filii quovis benefi-  
 cio aut dignitate ecclesiastica in perpe-  
 tum exclusi erunt. Si corona, quam  
 Ladislaus Transilvaniæ Praefectus deti-  
 net, ante proximum concilium in præ-  
 senti decretum non restituta fuerit, in-  
 terdicta & profana reputabitur: atque  
 alia conficietur, quæ per nos soleuni-  
 bus lustrata precibus prioris locum tene-  
 bit. Si reddatur prior; vel altera sub-  
 trahatur pariter, aut amittatur, Archie-  
 piscoli Strigonensis & Colocianus as-  
 sentientibus Suffraganeis suis eam decla-  
 rabunt interdictam; confectaque alla  
 Eccle-

Ecclesiæ Romanæ nomine consecrabitur. Sæcul. XIV.  
Nempe populus putabat jus regum ad A. C. 1309.  
hæcere coronæ suo Regi S. Stephano a  
Papa traditæ.

Concilium in isto indictum Posonii *to. II. conc.*  
mense Novembri habebatur. Præside- *p. 2453.*  
bat idem Legatus Gentilis; ac ex con-  
sensu. Præfulum novem ibi canones  
promulgavit. Primus consulit securita- *c. I.*  
ti Episcoporum, aliorumque Præfulum,  
etiam Legatorum Summæ Sedis, qui  
armatis interdum manibus petiti, ca-  
pti, percussi, carceri mandati, vel etiam  
occisi fuerant. Stauuntur contra son-  
tes eadem poenæ, quæ in illos, qui Re-  
gem invaderent, proscriptio, interdictum,  
ademptio privilegiorum, fundorumque  
juris beneficiarii, solutio clientium a ju-  
ramento fidei, inhabilitas filiorum ad be-  
neficia & clericatum, privatio sepulturæ  
sacræ. Et quia nonnulli Clerici ad i-  
sta violentiæ genera se laicis sociabant,  
Concilium adversus eos anathema pri-  
vationemque beneficiorum pronunciat.

Pergit: Nemo episcopatum, parœ-  
ciam, vel quocunque beneficium a lai-  
co accipiet: alioquin intrusus beneficium,  
quod legitime possideret, amittet, &  
ad habendum aliud inhabilis declarabi-  
tur. His injustis usurpationibus nemo  
favebit sub poena anathematis & in- *Sup. Lib. 90.*  
terdicti. Renovatur sanctio anno 1303 *s. 24.*

Uu 3                   facta

Sæcul. XIV. facta per Papam Benedictum XI tunc  
A.C. 1309 Romæ Legatum in Hungaria, ac etiam-

num exhibens nomen ejus, scilicet Nico-  
laï Boccaſini Episcopi Ostiensis. Non

to. II. Conc.

p. 1071.

hanc quidem constitutionem, sed simi-  
lēm habemus editam per Legatum Phi-

lippum Episcopum Firmanum in con-  
cilio Budensi anno 1279. Igitur con-

gruenter his decretis Legatus Gentilis  
in concilio Posoniensi prohibet in quam

occupationem bonorum Ecclesiæ, ac

generatim cunctas direptiones; anathe-  
mati adjungens interdictum contra ter-

ras talium possessorum, & solutionem  
subditorum a juramento fidelitatis. Iti-

dem instaurat peccatum Clericorum con-

cubinas habentium, sed eam redigit  
ad jacturam quartæ partis fructus an-

nui, & mandat Episcopis, ut eam ac-

curate dependi current. Vetat, ne ca-

tholici filias vel cognatas suas hære-

ticias, schismaticas, aut ethnicas, pre-

sertim Russis, Bulgaris, Rasciis, & Lit-

thuanis matrimonio devineant, ob pe-

riculum depravationis, cui sceminae per

hæc conjugia exponerentur. Hæ con-

ditiones cunctæ promulgatae sunt 10  
Novembr. 1309.

§. XXXVIII.